UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

Iosephus Reomuy.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

P. Emmanuel Borges,
& ſocij duo Nouitij.

Luſitanus. Nangaſachi. 16. Aug. 1633. ætat. 53. Soc. 33.

In Iaponia Nangaſachi dum ab anno 1612. rẽ Chriſtianam procuraret, poſteaquàm ſæpè latuit, & eos à quibus ad mortem quærebatur barbaros euaſit, poſt anni 1614. exilium redux, 13. Auguſti depreſſo in foueam capite ſuſpenſus eſt; & hoc demum die glorioſum agonem confecit. Et cum illo etiam

Fides.

Ignatius Xindo. Nouitius.

Iapon. 16. Aug.

Ariyenſis ortu in Iaponia, Adriani glorioſi viri in fidei odium cæſi filius. &

Ioſephus Reomuy. Nouitius.

Iapon. 16. Aug.

Fingenſis. Hi duo è Seminarij diſciplinâ ſocij Patribus, etiam in exilio, & reditione, adhæsêre; Socie-

ta-

tatem demum amplexi, & breuì capti, eâdem cum P. Emmanuele Iaponicę foſſæ ac ſuſpendij morte affecti ſunt.

P. Ioannes Bathæus.

In patria vnà cum germano ſuo Sacerdote communem hæretici furoris torrentem ſenſit. Etenim hæretici vtrumque hunc eſſe Catholicum Sacerdotem certiores redditi, & quidem Ioannem etiam Ieſuitam, magnâ exultatione prædam nobilem in forum abripuêre, ſtipitibus alligauêre, ac vtrumque plumbeis ſcloporum glandibus traiecêre; Catholicis Sacerdotes ſuos in fideĩ hęreticis exoſæ odium ſic tractari gementibus.

Hibernus. Pontanæ. 16. Aug. 1649.

Fides.

P. *Nunnius Riberius.*

Diuino vocatu, & magno

Luſitanus. in Amboino. 22. Aug. 1549.